



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Instructorii Conscientiæ R. P. F. Lvdovici Lopez Ordinis Prædicatorvm ...**

In qua reliquæ materiæ quæ ad Instructionem Conscientiæ pertinent ex  
Orthodoxis Ecclesiæ iudiciis & scholasticorum Theologorum, tum  
Iurisconsultorum resolutionibus scitu perutiles latè & copiosè disputantur

**López, Luys**

**Lvgdvni, 1588**

An malæfidei possessor teneatur de fructibus à se non perceptis, nec à  
domino percipiendis, & an teneatur damnum tam intrinsecum quam  
extrinsecum in vtroque foro restituere, & de vendente tignum ...

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41259**

viliter egit pro domino, quod tunc contingit quando emit eam pectio paruo non aliter, quia cessaret causa, & consequenter effectus. de appellat. cum cessante.

¶ Perpendendum est autem quod tali emptori in foro contentioso non crederetur, nisi fuerit publice protestatus quod ea intentione emebat, ut redderet domino, & licet aliter esset in conscientia.

*s. l. Nese-  
nus. ff. de  
negot. gest.  
& l. 2. C.  
de furt. &  
cap. unico.  
vi ecclesie  
benefic.* ¶ Septimo, qui bonafide emit rem qua scit nunc fortiam potest reddere rem venditori ut ex mente Nauarri & Alexandri Alensis, & Syluestri diximus, gratia summi recuperandi pretium si potest, alioquin omnes fructus non consumptos bona fide, & quidquid valet ultra id quod ipse dedit, domino rei, aut eo ignoto, pauperibus restitueret & publice id faceret secundum consilium Ray. ut videtur omnis suspicio, & liberatus erit inquit Syluester, ubi videtur subscribere sententia Nauarri scilicet quod etiam in conscientia emptor rei alienae, qui bonafide eam emit, & vendidit potest retinere pretium, & nisi in eo in quo inde factus est locupletior, non tenetur quicquam restituere domino rei. Imo etiam possessor malefidei qui facta diligenti inquisitione, neque inuento domino, de consilio prelati eam pauperibus erogauit premissis debitis proclamationibus, licet postea appareat dominus, liber tamen erit, quia fecit de consilio boni viri, fecitque quod in se est, secundum Syluest. quem consulere poteris verbo, restitutio. 8. §. 4.

¶ An malefidei possessor teneatur de fructibus a se non perceptis, nec a domino percipiendis, & an teneatur damnum tam intrinsecum quam extrinsecum in utroque foro restituere, & de vendente lignum violatum.

## CAP. LXXXVIII.

*Q. 1.* **A**T latius materiam praedictam prosequendo quaeritur de possessore malefidei an teneatur de fructibus sua negligentia non perceptis, quos tamen dominus etiam omnino non erat percepturus, quia rem non locasset, etiam si apud se illam habuisset. Respondetur quod licet talis possessor malefidei in foro exteriori teneatur tam de fructibus perceptis, quam etiam de his qui honeste poterat

poterant percipi, etiam si dominus eos non percepisset, tamen quatenus attinet ad conscientiam licet teneatur restituere fructus perceptos etiam consumptos, non tamen teneatur ad fructus non perceptos restituendos in conscientia, ubi sequimur æquitatem, in casu quo dominus in venditione illos fructus probabiliter non erat percepturus, quia cum rem vel possessionem non locasset, aut coluisset.

¶ Præterea de possessore mala fidei quæritur inter iuristas, an casu quo res mala fide acquisiuit, sed tamen cum titulo puta per venditionem vel donationem, & huiusmodi teneatur de percipiendis fructibus, quia quod teneatur & in hoc casu de perceptis nemini est dubium. ¶ At quid respondendum sit ad hanc quæstionem iam videtur iure stabilis, scilicet. quod talis mala fidei possessor etiam acquirens rem cum titulo, licet de perceptis fructibus restitutionem facere teneatur, non tamen fructus percipiendos restituendi obligatione tenetur. <sup>a</sup>

¶ Ab hac tamen regula generali iurista quatuor excipiunt casus, ut patet in l. sed & partus. ff. quod merus causa iusta glos. ¶ Primò, si talis titulus fuit habitus per merum à mala fidei possessore, quia tunc non obstante tali titulo, tenebitur quoque & de percipiendis. ¶ Secundò, quando talis titulus est habitus contra interdictum legum, ut si talis mala fidei possessor rem minoris, aut pupilli emerit sine solennitatibus requisitis, non obstante titulo emptio, tenebitur etiam de percipiendis. l. quemadmodum. C. de agri. & censi. & colo. ¶ Tertio, quando titulus est habitus in fraudem creditorum, ut quia res est vendita, vel donata sibi ut creditores à sibi debitis defraudarentur. l. i. ff. de his quæ in fraudem cred. ¶ Quarto, quando titulus habetur ex emptione rei fiscalis sine debita solennitate. ¶ At licet distinguat supplem. contra Angelum de possessore mala fidei, quando res est aliena, nec dominium transiit in ipsum, vel quando transiit: sed cum obligatione restituendi, quia siue hoc vel illo modo res in mala fidei possessorem transierit cum titulo secundum Sylvest. tenebitur de fructibus perceptis, sed de percipiendis non tenebitur credo in foro exteriori tantum hoc tenendum. Si autem sine titulo ad restituendos tam perceptos quam percipiendos obnoxius erit, ut patet l. cum fundus. ff.

a l. si fundum. C. de rei vendic.

**b** l. indebitus. ff. si certum petatur, <sup>b</sup> & de hoc vide Pan. in dict. cap. <sup>ti.</sup> in princ. *gravis*, & gloss. in cap. *non liceat*. 12. q. 2.

**ff. de cond. &** Præterea postquam de malæ fidei possessore quod <sup>indebit.</sup> restitutione fructus abunde discussimus, ratio nõ patitur <sup>clarius in</sup> vt de obligatione, qua tenetur ad damnum subtrahere.

**l. videa-** ¶ Quæritur ergo quo modo possessor malæ fidei ad dā- <sup>mus. §. in</sup> na restauranda teneatur. Et quoniam absolutio questio- <sup>Fabiana.</sup> nis distinctione hac prævia opus habet, distinguitur <sup>ff. de v. sur.</sup> prius duplex esse damnū, seu interesse, aliud luci cessan-

**Q. 3.**

**Q. 3.** tis, & aliud est interesse dāni emergētis. ¶ Interesse igitur hoc est, quando homo impeditur à lucro, quod fecisset si talis pecunia sibi restituta fuisset, vel nõ fuisset talis lesio ei illata, & huiusmodi, ita Syluest. verbo, *interesse*.

¶ Sed & interesse damni emergentis rursus subdividitur, nā aliud est interesse damni emergentis in re, aliud extra rem. ¶ Interesse autem damni emergentis in re vel citra-

rem est secundum Bartolum interesse intrinsecum ut dicitur in l. vni. C. de sen. quod pro eo quod inter prof.

Et tale interesse est ipsas res vel eius extimatio, vel id quod provenit immediate ex re, vt fructus, parvus, & huiusmodi, verbi gratia vendidisti mihi vinū, quod valebat

viginti, & pretium tibi tradidi, nec dedisti, nunc autē valeat quadraginta, quod si traditum fuisset tantum, id est qua-

**c. ff. de act. emptor.** draginta habiturus etiā interesse intrinsecum dicitur <sup>vendit. l. si</sup> ¶ Interesse verò damni emergentis extra re quod alio

**sterilis. §.** nomine interesse extrinsecum dicitur est quod provenit <sup>cum per ve</sup> non ex ipsa re, sed propter ipsam rem exempli gratia ven-

**ditorem.** didisti mihi vinum, neque tradidisti mihi, quod si tradidisses ex eo negotiari potuisses, & lucrari, interesse extrinsecum est. Similiter vendidisti granum, & quia nõ tradidisti serui mei perierunt fame interesse extra rem est, id est extrinsecum. Quando istud interesse in contractuibus petatur habes in l. Iulianus. §. 1. ff. de acti. empt. & vend. vide Syluest. verbo, *interesse*.

¶ Hac igitur distinctione præmissa dicimus primò ad

questionem quod possessores malæ fidei quando tenentur de interesse luci cessantis vbi res principalis extimatur vt solvatur tunc interesse luci cessantis nõ debet excedere duplum rei principalis. Itaq; verbi gratia sic ex pecunia à malæ fidei possessore retenta, cum valeret ceterum

aureos

...reos, dominus eius omisit lucrari, istud interesse lucri  
soluendum domino non debet excedere duplum princi-  
palis, id est centum aureorum, sed hoc est verum in foro  
contentioso, sed in conscientia qualiter istud lucrum ces-  
santis extimandum veniat, diximus supra, dum in materia  
de usura an aliquid ratione lucri cessantis accipere mu-  
tuanti liceret disceptabamus.

¶ Secundo dicimus quod ubi res est incerta, ut verbi  
gratia captura pisciū de qua in l. si iactum. ff. de actione,  
emptio. & venditio. & similiter ubi res non habet com-  
munem extimationem, quia alia non est quæ communi-  
ter vendatur, tunc interesse lucri cessantis restituendum  
extimabitur ad arbitrium boni viri licet excedat duplū  
rei principalis mala fide retentæ, unde illud interesse  
spectabatur, dum tamen extimatio talis interesse in im-  
mensum non procedat iuxta l. vna. C. de sen. quæ pro eo  
quod inter profer.

¶ Tercio, iam directe ad quæstionem respondendo lo-  
quendo de interesse damni emergentis, dicimus quod  
si possessor malæ fidei omisit soluere, indeque ex tali  
omissione subsequutum est interesse damni emergentis  
intrinsecum, si venditor non tradidit triticum à se em-  
ptum emptori quod valebat viginti, & postea valet qua-  
draginta, quod si tradidisset emptor ex illo postea qua-  
draginta habiturus erat, quia consideratur illud plus  
quod valuit, quia est interesse intrinsecum quadraginta,  
& non viginti tantum, tenebitur postea soluere, quia ex  
mora, emptor viginti omisit acquirere alia.<sup>a</sup>

¶ Sed nunquid malæ fidei possessor, aut morosus in  
soluendo tenebitur ad istud solum interesse intrinsecū,  
an etiā ad interesse extrinsecum, ut scilicet quia nō soluit  
gratum in tempore animalia creditoris mortua sunt,  
quod interesse est extrinsecum. Respondetur quod talis  
ad tale interesse extrinsecum, scilicet animalium mor-  
tuorum non tenetur in foro contentioso, si ex simplici  
omissione tantum tale interesse damni extrinsecum sub-  
sequutum est, id est si quia tantum omisit soluere gra-  
tum in termino, animalia mortua sunt non tenebitur ad  
hoc interesse in exteriori foro, secus est si cū omissione  
venit commissio. Ut quia non solum in termino omisit

M s soluere

d l. si steri-  
lis. §. cum  
per vendi-  
torem. ff. de  
act. empt.  
Q. 4.

soluere granum, sed cū promississet simul soluere in tali termino, postea non implens comisit deceptionem promissionem non adimplendo, quia ad interesse extrinsecū, id est ad animalia fame ex inde mortua reparandum tunc tenetur, quia si non promississet id debitor, creditor alter sibi prouidisset, nisi fuisset promissione debitoris deceptus, & quia tenetur per omissionem debitor, & etiam per commissionem, scilicet per falsam promissionem,

*e l. Iuliana. ff. de iur. iudic. l. 1. §. 1.* propterea venit ibi soluendum etiam interesse extrinsecū, præsertim in foro conscientie ubi quis tenetur proximo de omni damno ex dolo dato, vel lata culpa.

*l. si culpa de iur. §. 1.* Porro utrum etiam in foro conscientie mala fidei possessor, seu morosus debitor ad interesse extrinsecum damni, ex sola omissione, quia omisit soluere in termino teneatur, etiam si tali termino soluere non promisit maiorem ingerit difficultatem: nam de hoc Syluester & nihil clarè videtur asserere, imo potius in hoc, licet quod non teneatur videtur declinare: sed nihilominus ad quæstionem cum Nauarro<sup>h</sup> dicendum patet, quod in conscientia tenetur talis mala fidei possessor, seu morosus debitor, soluere extrinsecum interesse damni ex sola omissione soluendi subsequutum, id est animalia mortua ex sola omissione soluendi granum, vel hordeum, etiã si promissio de soluendo huiusmodi datum, non præcesserit. Nam consequenter ait qui cogitur soluere poenam, vel interesse creditori suo, eo quod mutuatarius suus non soluit ei mutuū statuto die, licet potest ab eo recipere illud quod sic soluit, & etiã completionem damni accepti ob venditionem rerum suarū minoris, quā valerēt, aut ob emptionem vini & tritici cationi pretio, eo quod statuto die debitū ei non soluit, quæ quidem exempla Nauarri pertinent ad interesse extrinsecū, quia inquit nō accipit ratione mutui, sed ratione interesse damni emergentis secundum omnes, etiam si promissio de soluendo huiusmodi damno non præcesserit.

*Q. 5.*

*g Syluest. verb. estimat. 3. q. 9.*

*h Summa*

*Lar. c. 17.*

*num. 212.*

ergo à simili in casu quæstionis saltē in conscientia, quod sit in foro exteriori.

*i arg. l. nū. mis. ff. de in lit. iur. §. 1.* Sed aduertito quod quando dies apposta est obligationi non requiritur monitio, ut debitor contineatur in mora, & in mala fide, ut patet c. vlt. de locat. quia dicitur

no homine interpellat. Sed si dies nō sit apposta, requi-  
tur monitio secundū Panorm in cap. licet Heli. de sym.  
de accusa. cap. 2. quamuis glos. in d. cap. licet Heli. dicat  
quod in pecuniariis admonitio est de honestate, & non  
de necessitate: sed certe dum dies nō est apposta requi-  
ritur monitio etiam in pecuniariis: vide Syluest. verbo

*l. si ex le  
gati causa.  
ff. de verb.  
oblig.*

Obligatio, & verbo, Mora.  
¶ Secundō perpedito lecto, quōd licet morosus tenea-  
tur ad restitutionē damni emergentis ex tali mora, & lu-  
cra cessantis etiam, non tamen dicitur esse in mora, qui  
potest se tueri legitima exceptione per regulam non est  
in mora de reg. iur. lib. 6. ¶ Ignorantia autem quādo sci-  
re quis tenetur, dum non sit crassa quæ lata culpæ com-  
paratur, & impossibilitas excusant à morositate per l.  
quod te. ff. de reb. cred. & quando etiam nō fuit monitus  
accusatur etiā à morositate, quod intellige quando dies  
obligationi nō est apposta, ne cōtradicamus supradictis.

¶ Ex supradictis corollarie sequitur quod malæ fidei  
venditor, qui scienter vendit tignum violatum, nihil di-  
ctis tenetur de ruina domus, ad cuius fabricationem fuit  
emptum, & etiam tenetur de pensione soluta locatori  
domus à conductore, quam restituet conductori locator  
ipse, quod est interesse extrinsecum, sicut est iactura pē-  
sionis pro locatione domus accipiendæ l. Iulianus, non  
tamen in infinitum: vnde non veniet pensio longo tem-  
pore, sed vt videtur prima tantum arg. l. Neratius. ff. de  
leg. corrup. vbi corruptor tenetur de seruo, & de his que  
transportant fugiens, non autem de aliis, quæ postea orta  
successiue furatus est, ita Syluest. loco supra citato.

¶ An ex inualido contractu fructus percepti restituuntur &  
an bona fide vendens alienum teneatur de eo in quo factus  
est locupletior, & an manumissus in possessionem faciat fru-  
ctus suos.

C A P. LXXXIX.

¶ T certè quoniam hic materiam de acquisitione fru-  
ctuum, vel de eorum restitutione suscepimus pertra-  
ctandam iure veluti quodam ad hunc locum & id dubij  
reuoçamus.